



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

70 Spiritualibus annexae causae, quae sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

laicam se nulla ratione interponere debere, aut posse, ut fuit à R. r. *decisum infra sub numer. 91. 92. & 95. Farinac. in prax. crimin. cap. 8. numer. 18. & u. 28.* Ac propterea contraficientes à Papa excommunicationis vinculo meritiò, ac justè feriuntur, ut per Sayr. *ibidem, numer. 8. vers. primo quidem & num. 9.* Et quòd, neque in casu neglectæ, vel denegatæ justitiæ, nec timore violentiæ licitum sit clericos ad judicium seculare vocare, probat text. *in c. qualiter, & quando, in fm & ibi gloss. final. Host. num. 3. Abb. antiq. & lo. Andr. n. 1. Abb. Panor. num. 8. & num. 3. & alii communiter, de jud. colligentes differentiam inter judicem secularem, & ecclesiasticum, & † quòd, cum judex ecclesiasticus sit major, & superior, possit secularis judicis negligentiam supplere, & illum corrigere, ut c. extranmissa, c. licet, & cap. ex tenore, de for. comp. post plures alios quos*

78 Spirituales † causæ sunt: beneficiales, & decimarum, de quibus supra; matrimoniales, *cap. accedentibus, de excess. pralat. & concil. Trident. can. 12. de sacr. mat. sess. 24. hæreticorum, & de hæresi suspectorum, cap. ut inquisitionis, §. prohibemus. de hæret. in 6. sortilegorum, superstitionum, usurarum, astrologorum, & aliorum, de quibus in constit. Sixti Papæ V. in 2. par. Bull. cap. 21. §. ac perpetuo, censurarum ecclesiasticarum, conc. Trident. cap. 3. §. nefas autem, sess. 25. de reform. causæ clericorum dict: cap. si diligenti, de for. comp. & 71*

de for. comp. legitimitatis, an quis sit ex legitimo matrimonio natus; jus sepulturæ, & aliæ, ut c. tuam, de ord. cogn. cap. lator, cap. causam, qui sil. sing. leg. & Azor in lib. 1. inst. moral. cap. 14. in princ. par. 1. & aliæ de quibus per Sigism. Scac. in tract. de jud. caus. civil. crimin. lib. 1. cap. 11. num. 50 & 51. & Farinac. in prax. crim. quest. 8 num. 20.

† Et regulariter judex ecclesiasticus potest cognoscere de criminibus laicorum, quando crimina sunt adinuenta de jure canonico, seu habent originariam prohibitionem à canonibus non à legibus: vel, ubi reperitur à canonibus imposta pœna etiã laicis, *ut in cap. contra idolorum, 26. quest. 10, & Abb. in d. cap. cum sit generale in fm.* Et spiritualibus annexæ, sub præfenti excommunicatione comprehenduntur.

79 Sunt enim spiritualibus † annexæ causæ juris patronatus, *Graff. decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 125, & quæ à judicio censurarum dependent, ut sacrilegii, quod est crimen mixti fori. Felyn, in cap. cum sit generale, num. 1. & 17. de for. comp.* Si pro eodem crimine judex ecclesiasticus promulgavit censuras, & laicus prætendit de eodem cognoscere: Aut si redditus, & proventus ecclesiasticos laicus usurpaverit, & propterea fuerit declaratus sententiam excommunicationis incurrisse; judex verò secularis prætendat causæ cognitionem ad ipsum spectare, *per cap. si clericus laicum, de for. comp. nihilominus causæ cognitio ad ecclesiasticum spectat.*

† Quia de connexis idem est judicium, *cap. translato, de constit. quodque judex ecclesiasticus debeat etiam cognoscere*